Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Angelos uero qui non seruauerit
suum principatum. sed dereliquerunt
suum domicilium. iudicium dei magnum
uinculis eternis sub caligine. iudi
cio reseruauit. Sicut sodoma et go
morra. et finitime ciuitates simili
modo exhorruerit. et abeuntes post
carnem aliam. fuerunt exemplum. ig
nis etiam penam sustinentes. Simi
liter et hi quidem carne quidem maculant
dignationem autem spernunt. maiesta
tem autem blasphemant. Cum mi
chahel archangelus cum diabolo dis
putans altercatur de moysi corpore.
non ausus iudicium inferre blasphe
mie. sed dixit. Imperet tibi dominus. Hi
autem quecumque quidem ignorant blas
phemant. Quecumque autem naturali
tanquam muta animalia nouerunt. in his
corrumpuntur. ·u.

Ve illis qui in uiam cayn abi
erunt. et errore balaam mer
cede effusi sunt. et in contradic
tione chore pereunt. Hi sunt in
epulis suis macule conuiuantes si
ne timore semetipsos pascentes. nu
bes sine aqua que a uentis circum fe
runtur. arbores autumpnales. infruc
tuose. bis mortue. eradicate. fluctus
maris feri. despumantes suas con
fusiones. sydera erraticia. quibus p
cella tenebrarum conseruata est in eternum.
Prophauit autem de eis septimus ab adam
enoch dicens. Ecce dominus uenit in sancis
milibus suis facere iudicium contra omnes.
et arguere omnes impios. de omnibus operibus
impietatis eorum. quibus impie egerunt.
et de omnibus duris. que locuti sunt con
tra eum peccatores impii. Hi sunt mur
muratores queruloso. secundum desideria
sua ambulantes. et os eorum loquens
superbiam. admirantes personas iusti
causa. Vos autem memores estote u
erborum que predicta sunt ab apostolis domi
ni nostri ihu xpi. qui dicebant uobis. quo
in nouissimo tpre uenient illusores.
secundum desideria sua ambulantes in im
pietate. Hi sunt qui segregant se
metipsos animales. spm non habentes
sanctum. Vos autem sanctissimi edificantes
uos metipsos sanctissime fidei uestre in spu
sancto orantes. ipsi uos in dilectione dei
seruate. exspectantes misericordiam domini nri
ihu xpi in uitam eternam. Et hos qui
dem arguite iudicatos. illos autem
saluate de igne rapientes. Aliis uero
miseremini in timore dei. odientes
eam que carnalis est maculatam tu
nicam. Ei autem qui potens est uos con
seruare sine peccato. et constituere ante
conspectum gloie sue immune. in iubilatos
in exultatione in aduentum domini nri ihu
xpi. soli deo saluatori nro per dnm
xpm dnm nrm. glia sit et magnifi
centia. impium. et potestas. ante omne
secula. et nunc. et in omnia secula
seculorum. Amen. Prologus in Apokalip.

Omnes qui pie uolunt u
iuere in xpo. sicut dicit
apostolus persecutionem patie
tur. iniqua iudicia. fili ac
cedens ad seruitutem dei. sta in iustitia
et timore. et parata animam tuam ad tem
tationem. Temptatio namque est uita
hominis super terram. Ne autem fideles in his
deficiant. consolatur eos dominus atque
confirmat dicens. Nouissimum uero sum uiuere
ad consummationem seculi. Et nolite ti
mere pusillus grex. Propterea uidens
dominus pater tribulationes quas passura
erat ecclesia. ab apostolis fundata super
petram xpm. ut non timeant. dispo